



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 42. Variæ decisiones a Sacris Congregationibus Romanis emanatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

omnibus & singulis præceptum, ut quo-
libet anno Festum S. Dominici ea so-
lemnitate celebraretur, ut etiam om-
nes populi & subditi præfati Ducatus
a laboribus servilibus abstineant, & ar-
tifices suas tabernas clausas teneant,
hancque festivitatem omnes singulari
devotione ac pietate Christiana cele-
brent. Idem quoque Mediolanensis
Gubernator die trigesima Augusti man-
daverat, promulgato desuper edicto:
quamprimum vero Innocentius X. Pon-
tifex hac de re certior factus erat, mox
die sexta Octobris edita Constitutione
præfatas Senatus literas, & Guberna-
toris edictum auctoritate laicali ema-
natum omnino nullum, nulliusque ro-
boris & momenti esse declarabat, eo-
quod auctoritati Ecclesiæ perniciosum
crederet, si Principes laici facultatem
indicendi dies festos in honorem San-
ctorum sibi arrogarent.

Sæc. XVII.
A. C. 1653.

§. XLII.

*Variae decisiones a sacris Congrega-
tionibus Romanis emanatæ.*

Nonnisi paucae hoc anno sacrarum
Congregationum decisiones repe-
riuntur, quas inter sacra Rituum Con-
gregatio ob dubium a Lucanæ Diæcesis
Clero motum decidit, quod reliquæ
Sancto-

Decis. S.
Congr. Rit.
Episc. &
Concilii.

H 3

Sæc. XVII. Sanctorum existentes sub custodia Capituli, deferendæ sint in supplicationibus per Canonicum, qui Hebdomadarii munere fungitur: die autem vigesima septima ejusdem Mensis ab Episcoporum Congregatione sancitum legitur, quod absolutio ab Excommunicatione concedenda sit satisfacta parte vel quando delinquens, etiam a Judice sæculari, sufficienter fuit punitus: cum autem anno Christi millesimo sexcentesimo decimo septimo Vendramenus Venetiarum Patriarcha præcepisset, ut a Monialium monasteriis sibi subjectis Confessarii Regulares amoverentur, et in posterum Sacerdotes sæculares adhiberentur, hoc Patriarchæ decretum eadem Congregatio die septima Junii anno hujus sæculi vigesima confirmavit. Regulares vero adhiberi concessit in casu, quo copia Confessariorum sæcularium defuerit; hoc autem anno motum apud Pistorienses dubio rursus eadem S. Congregatio die decima sexta Martii declaravit, quod Regulares generaliter non solum non possint esse Confessarii Ordinarii, sed neque Capellani Monialium Ordinario subjectarum. Pariter ab eadem Congregatione die vigesima tertia Augusti declaratum habetur, quod illa dicantur oratoria privata, quæ in particularibus domibus inferiuntur.

viunt usui privato, nullamque habent Sæc. XVII.
 januam in via publica, sive ingressum A. C. 1653.
 indifferenter omnibus permiffum: de-
 nique S. Concilii Congregatio die de-
 cima quinta Novembris statuit, quod
 Confessarius Monialium non censeatur
 approbatus, si fuerit deputatus a laicis
 sub prætextu Jurispatronatus, aut al-
 terius Privilegii, nisi sit unus ex appro-
 batis pro ceteris laicis ejusdem Diæce-
 sis, eoquod solus ille admittatur, quem
 Episcopus specialiter deputaverit.

§. XLIII.

*Quidam Scriptores Catholici hoc an-
 no denati.*

Decessere ex Catholicis Scriptoribus Dupin Nouv.
 Ecclesiasticis nonnulli, quorum Bibl. des
 eruditas lucubrationes recensere, operæ Auth. Eccl.
 pretium est: Hos inter primus occurrit Tom. XVII.
 Nicolaus Rigaultius Parisiensis, qui Erhard
 Tertulliani, Cypriani, & Minutii Fe- Bibl. Script.
 licis opera notis illustravit, Albaspinæi Ord. Præd.
 tamen & Petavii censuram circa In- Bibl. Script.
 fantium Baptismum, & Sacerdotalem S. J.
 Laicorum potestatem effugere haud
 potuit. Exstat quoque illius tractatus
 de Christi Domini effigie, quam mini-
 me speciosam fuisse contendit, a Va-
 vassorio propterea castigatus. Edidit
 insuper glossarium Lexicon Mysobarba-
 rum,